

Ambros. Barcephas

ta ac ad heroicos actus, in quibus debebat crescere ac proficere, ut illa munera, ut bene promeritis, plenè exequeretur. Et hac ratione probant D. Ambrosius lib. de Paradiso cap. 8. Moyses Barcephas Episcopus Syriae part. 3. cap. 4. quod Deus condiderit hominem in tanto honore, ac omnium principum ei tradiderit, ut ipse proficeret in obsequio sui Creatoris: quod ipse tamen per mulierem deceptus non praestitit.

Luc. 14.

Deus anticipat dat dona.

Renuunt iniqui servi ad magnum convivium convenire. Tunc ait Dominus procuratori: Exi cito in plateas, & vicos civitatis, & panes, ac debiles, & cecos & claudos introduc huc. Luc. 14. num. 11. Sed quomodo ad tam amplam mentiam vocantur claudi, cæci, ac debiles? Si claudi, quomodo possunt ambulare, & venire? Si cæci, quomodo inveniunt ostium domus? si debiles, quomodo se movere possunt? Quos enim Deus ad caelestem mensam, ac divinum cibum vocat, anticipatè multis donis, ac beneficiis jam exornat: claudis dat pedes, cæcis visum, debilibus vires. D. Ambrosius lib. 6. in Luc. ad cap. 9. paulo post principium. Illi, qui vocantur, ait, ad cenam, prius vocando sanantur. Si claudus fuit, gradienti facultatem, ut veniret, accepit. Si lumine oculorum privatus, domum ungue Domini, nisi refusa luce, intrare non potuit. Ac proinde ipse dat vires, per quas habeamus merita, & ita præmia obtineamus.

Ambros.

QUESTIO III.

Quare eos non comparet cum sale, & luce; sed ait, quod sint sal, & lux?

20.

Ratio officij in ministro sit non tanquam imposta, sed veluti imbibita in natura.

NON loquitur Dominus per comparationem: Vos estis, sicut sal, sicut lux, sed vos estis sal, vos estis lux. Nam comparatione utimur, sicut sal, sicut lux, donatur veluti quid adjacens, vel additum humanæ naturæ. At dum dicitur: Vos estis, veluti ipsamet natura, & ipsamet esse indicatur. Cum Apostoli dicuntur sal terræ, lux mundi; eorum propria muneris obligatio, ac officij ratio designatur. Ideo merito non dicuntur per comparationem sicut sal, & sicut lux; sed vos estis sal, & lux. Ita alta Dei dispositio ordinat, ut tam imbibita, & veluti intrinseca, ut ita loquar, sit ratio muneris in suo ministro, ut explicetur, non tanquam adjacens, sed veluti quid transformatum, & transpositum in ipsamet natura, & esse rei.

Joan. 1.

Ratio officij ipsamet veluti natura.

Quærent Legati à Joanne: Quis esset, & quid diceret de se ipso? Ait: Ego vox clamantis: Joan. 1. n. 23. Quid dicis, magne Joannes, de te ipso? Vox quidam sonus est. Cur non dicis, quod sis filius Magni Zachariæ, ut in proprio loco notavi, missus ad clamandum, ac ad prædicandum? Sed dicis, quod sis vox? Per hæc insinuat Joannes suum proprium munus, ac officium, & hoc ita erat veluti transformatum in ejus natura, ut interrogatus, quis esset, nihil aliud responderet, nisi id, quod importabat ipsamet rationem officij prædicandi, ac clamandi, ac si hoc esset ejus natura.

22.

Multis in locis nobis proponit sacra Scriptura, caelos, Solem, & Lunam, & stellas finem esse

habituos in die judicij. Itai 43. num. 4. Tabescent Itai 43. omnis militia calorum; & complicabuntur, sicut liber cali, & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea, Psalm. 101. n. 25. Opera manuum tuarum sunt cali, ipsi peribunt. Matth. 24. n. 35. Calum, & terra transibunt, verba autem mea non prateribunt, ibid. n. 29. Stella de celo cadent. Et sunt multi alij loci. Confule magnos Ecclesiæ Patres, D. Hieronymum in cap. 51. & 65. Itai. Hieron. D. Gregorium lib. 17. Moral. cap. 5. Ambrosium, Gregor. Anselmum, Bedam, Irenæum 2. Petri 3. & alios. Anselm. Beda. Irenæus. Lor. n. Iustitiam. Cam deficit officium, de fide, & natura ministrorum. Insuper ad Hebræos, n. 1. Ipsi peribunt. Qui omnes docent, quod hujusmodi corpora caelestia post diem Judicij perdrabunt, cum eorum natura sit incorruptibilis. Peribunt ergo, non quoad substantiam, sed quoad propria munera, motus, influxus, productiones, ac conservationes sublunarium. Et rectè de eis absolute dicitur, quod peribunt, transibunt: nam quæ rationem ministerij obtinuerunt, finito absoluteque munere, videntur in propria natura quodammodo desinere, atque finire. Suarez, ad 3. part. disput. 58. sect. 2. §. Non defuere, ad finem. Cum post diem Judicij cessatura sint omnia munera propter quæ creata sunt sidera, & caelestia corpora. Deuter. 4. Quid mirum quod substantia illorum mutetur.

Psalm. 1. 10. Matth. 24.

Hieron. Gregor. Ambros. Anselm. Beda. Irenæus. Lor. n. Iustitiam.

Cam deficit officium, de fide, & natura ministrorum.

Suarez, ad 3. part. disput. 58. sect. 2. §.

Deuter. 4.

Luc. 21.

Ambros.

QUESTIO IV.

Quare Christus Dominus, non ait discipulis suis: Ego constitui vos sal terræ, sed vos estis.

AI T Christus Dominus suis discipulis, Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi, nempe ex mea delectione, ac deputatione. Cur ergo dominus Magister aperte non dicit: Ego constitui vos, ego elegi vos, seu creavi sal, & lucem; sed solummodo vos estis; cum semper sit intelligendum ex mea divina electione.

24. Difficultas quaestiois.

Respondeo primò, quod quando Christus Dominus vocavit suos Apostolos, eis dixit: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. n. 19. Quod quamvis hoc expressè ibi dicatur de Petro & Andrea; tamen iidem ferè verbis alij Apostoli vocati sunt, ut docet Hugo, & dixi supra cap. 8. num. 112. Et idem fuit dicere: faciam vos fieri piscatores hominum, ut citato cap. 8. ex communi sententia Patrum explicavi, ac faciam vos Prædicatores, Doctores sal,

25.

Hugo.

sal,

Beneficiis non repetat verbis beneficium.

Seneca.

26.

Psalm. 44.

Gratus accipiens beneficium decantat magnus dans tacet.

27.

Plus motus pro optimo muneris obligatio, quam beneficium datum.

28.

Rupert. D. Thom.

Athoc. 7.

Lorin. Efficacius auribus ratio muneris quam beneficium magnum.

sal, & lucem hominum. Et cum hoc jam esset dictum à Christo suis Apostolis, quod quantum ad significatum ipse eos faciebat Prædicatores, sal, & lucem non fuit hoc iterum dicendum; nam beneficia semel data, non sunt passim ore distantanda, nec verbis repetenda: nam, ut dixit Seneca, Beneficij repetitio, illius diminutio est. Vide l. 1. cap. 1. n. 30. 31. 32.

Secundò, Christus Dominus hic non ait expressè: Ego constitui vos sal, & lucem, sed tantum: Vos estis. At Regius Vates hujusmodi Apostolorum creationem magnis laudibus celebrat: Constitues eos principes, super omnem terram: Psalm. 44. n. 17. hoc est, Doctores, Prædicatores, ac Pastores super omnem terram. Quod coincidit cum significatione salis, & lucis. Nam Regius Vates; ut gratus animus, ex persona hominum beneficium recognoscens multis decantat, celebrat, ac extollit. Et ita subdit: Memores erunt nominis tui, Domine. Ait Christus Dominus, ut magnus Rex, princeps, ac suprema Majestas, dignitatem, largitiones, ac munera data; aliquantum taceret, & verbis dissimular.

Tertiò, Non ait Dominus: Ego vos, elegi, sed Vos estis sal, & lux. Nam si Dominus dixisset: Ego vos elegi, ego vos creavi; in medium proferret illustre donum dignitatis, quo suos affecit, ac nobilitavit; At, dum ait: Vos estis sal terræ, eis intimamsi muneris proponit obligationem quæ debet esse veluti transformata, & transposita in ipsamet natura hominis, ac ministri, ut exposui superiori quaest. Et ordinavit alta Dei sapientia, non tam commemorare expressè in suo sermone dignitates à se datas, ac beneficia ab ipso accepta, quam potius adducere, ac ante discipulorum oculos proponere sui muneris obligationem. Nam vehementius in officio continet, impellit, & astringit muneris obligatio, quam quodcumque illustre donum: quamvis enim honoris culmina, ac largitiones à principe concessæ maximè moveant, & excitent; at multo validius instigat, ac pungit proprii muneris aculeus.

Videns Moyses Ægyptium facientem injuriam cuidam Hebræo, ipsum interfecit, & abscondit fabulo, Exod. 2. n. 12. Quid facis, magne Patriarcha? Nonne vides, quod si hoc delatum fuerit Pharaoni, ei eris invidus, & cades à supremo fastigio, quo communiter ab omnibus ejus nepos, ac filius ejus filia existimaris: & deinde regale perdes imperium, quod tibi in more Regis paratur: Auctores sunt Rupertus in Exod. D. Thomas 2. 2. quaest. 60. art. 6. ad 2. & alij graves Doctores, quod Moyses cognoverit per inspirationem divinam, ac revelationem, se habere auctoritatem ad Ægyptium occidendum, ac Hebræum defendendum, cum salus populi in ejus manu esset dirigenda, juxta illud Stephani Actor. 7. n. 25. Existimabat autem, intelligere fratres, quoniam Deus per manum ejus daret salutem illis. Quamvis nil illustrius excogitari videbatur, quam quod Moyses esset creditus nepos Regius, regni habitus hæres, ac dominus totius imperialis aula; tamen ratio ducis, ac gubernatoris populi exigebat, ut Hebræum defenderet, ac pro officio suo ultionem de Ægyptio faceret, ut ait ibi Lorinus. Et efficacius impulit, ac attraxit animam pondus muneris, quam magnitudo, ac præexcellens regis dignitatis, in qua à Phara-

ne sublevandus erat. Favet D. Remigius in cap. 11. ad Hebræos. Moyses dimisit aulam regi amplam, & claram non pro se solum suscipiens, sed etiam pro aliis hoc eligit.

QUESTIO V.

Quare Apostoli vocentur sal?

NON dicuntur Apostoli à Christo argentum, aurum; vel gemma pretiosa, sed sal. In qua re explicanda multi sunt Patres. Et valde prolixum, ac operosum esset, eorum singula dicta in medium afferre. Ideo summam rem attingam, multas rationes dilucidando.

Primò, Apostoli dicuntur sal, ut ait D. Hieronymus, quia per illos universum hominum genus conditur. Ita etiam docent D. Paschasius, D. Augustinus, D. Anselmus. Sicut enim sal cibum insipidum, ac nauseam provocantem, sua acrimonia gratum, ac suavem reddit: sic Apostoli universum genus humanum erroribus, ac saltitibus valde insipidum, acrimonia sui Apostolici sermonis, ac vitæ exemplo Deo, Angelis, ac hominibus maximè gratum effecerunt. Ita ait D. Gregorius Magnus hom. 17. in Evangelia: Cibum Dei populus condimentum Sacerdotum.

Secundò, Abulensis in Commentario, per sal intelligit prudentiam, ac discretionem in actionibus. Nam, ait ille, sicut sal omnibus cibis saporem dat; ita & prudentia omnes actus nostros modificat, ac sapidos reddit. Unde sapientiam vulgariter sal appellat e solempus: Et Apostolus dixit: Omnis sermo vester sale conditus sit, ad Colossens. 4. n. 6. Id est, omnia verba vestra cum discretionem profertur. Et Christus Dominus: Habete in vobis sal, Marc. 9. n. 49. Id est, habete discretionem in operibus vestris, Et cum multa virtutes ad Prælatos pertinent, discretio maximè est necessaria. Similiter Carthusianus, Hugo, & alij; D. Gregorius 2. part. Pastoralis, c. 4. Euerunt Apostoli sal terra, id est, mundi sapientia, sal prudentiam, ac discretionem significat: nam sal cibos lapidos, ac gratos reddit, corruptum ab incorrupto discernit; nam in corruptum conservat, corruptum in perditionem abire non sinit. Et quia hujusmodi prudentia, ac discretio maximè necessaria est in Prælati; ideo inter eorum virtutes suas primò Christus dicit sal. Nam prælatus debet habere prudentiam in regendo, & discretionem, ut sanos, & integros præmict, & conservet; corruptos verò, & depravatos, si non emendentur, separet, & dividat.

Tertiò, Chromantius, Sales, ait, cum operantur in carne qualibet, corruptelam non admittunt, foetores auferunt, sordes expurgant, vermes non sinit generari. Sic fides, & gratia per Apostolos data, auferit carnalis concupiscentiæ corruptelam, & peccatorum sordes expurgat, vermes delictorum non sinit generari, odorem excludit malæ conversationis, opinionis, ac scandali, & præstat, ut omnes cum exemplo, & adificatione Jesu Christi vivant.

Quartò, D. Hilarius in Commentario existimat quod Apostoli dicantur sal terræ, hoc est, sal factum ex terra. Unde eleganter ait: Verum quia

29.

30.

31.

32.

33.

34.

Sui cognitio utilis Pralato.

34. Hilari.

Plinius.

Pralatus majores suis recognoscit, ut eos adjuvet.

Pradicator generet sicut spiritualium.

Pralatus non sit superbus, sed subditis se accommodet.

Hugo.

35. Pacianus.

D. Thom.

In Pralato severitas, et benignitas.

36. Chrylost.

homo mutationi subiacet, & solus beatus, qui usque in finem perseveravit, ideo eos sal terra muneris paros monet, tradita sibi potestatis virtute perfistere. Ut Dominus suos contineat in suo munere, ac officio, ante eorum oculos apponit vilem originem ex terra, valde enim utile est Pralato, in summo dignitatis fastigio oculos habere defixos ad sua abjecta principia, ne inaniter rapiatur supra se. Unde cogiter, a terra, & a pulvere nasci & originari.

Quintò, idem D. Hilarius, Sal, ait, est, ignem & aquam in unum continens, hoc est, rebus prabet incorruptionem, & saporem: ita Apostoli sunt immortalitatis, & incorruptionis fautores; hanc enim conferunt iis, quibus eorum sermo aspersus est. Tria hic valde praelata nobis inculcat S. Pater. Primò quòd sal constat ex ignea, & aquea natura, ut etiam tradit Plinius lib. 13. cap. 10. Et quia ignem continet, ac re instat ignis; si in ignem proiciatur, cum acuit, & accendit. Aquam verò, quia sal, inspersa aqua, in eam liquefit, & resolvitur, & portionem aquæ adauget. Optimum documentum Pralatis, ne sua principia, ac majores obliuiscantur, sed eis inserviant, ac eos quantum possunt adjuvent. Secundò Apostolici viri sunt immortalitatis fautores; nam sicut sal sua acrimonia generat sitim; ita Pradicator debent excitare sitim rerum supernaturalium, ac celestium. Tertio. Hanc conferunt iis quibus eorum sermo aspersus est. Sal, ut suum munus obire valeat, necesse est, ut non maneat integer in suis granis, in sua quantitate ac magnitudine, veluti quidam lapis, quia tunc tantum in superficie adstat, ac veluti supereminet, & nil muneris sui præstat; sed necesse est, ut evanescat, & liquefiat, ac in carne imbibatur. Ita praelatus Ecclesiasticus, ut suum officium adimpleat, non debet esse totus integer in sua auctoritate, ac magnitudine, & ei multum confulere; sed liquefiat, condescendat subditis, in eorum animis insinuetur ac imbibatur: ita ut ait Paulus: Factus sum omnibus omnia, cum parvulis sit parvulus, cum infirmis infirmus. Ne stet Pralatus in supercilio, nec per vanam gloriam superbet. Et ita expendit Hugo illud verbum, Si sal evanuerit per inanem gloriam, ad nihilum valet.

Sextò: Sanctus Pacianus Epistol. 3. ad Symphorianum, vult Dominus non abjici severitatem, sed cum illa retinere clementiam. Dum Christus suos appellat sal, insinuat, ut in Pralato sit veritas cum clementia. Quod etiam hic notavit D. Thomas. Nam salis acrimonia severitatem denotat, pungit, & mordicat. Et ideo victores, capta civitate, in penam eam sale seminant, Judic. 9. n. 45. Et ejus eximius sapor, quem cibo præbet, mirificè delectat, & clementiam, ac suavitatem importat. Et ita Elifæus adhibito sale 4. Reg. 2. n. 20. sanavit aquas, Severitas, ac clementia maxime jungantur in Pralato, itaut si una ejus manum pungit, ac mordicat: altera delectet, indulgeat, ac omnia suavia reddat.

Septimò, D. Chrylostomus homil. 15. Vos estis sal terra, ait, Quid igitur: ipsine purificta medicati sunt? nequaquam: neque enim fieri potest, ut ea que jam corrupta sunt, salis perfictione reparentur, liberare quippe a putredine peccatorum Christi virtus est. Sal saporat cibos inspidos, carnes conservat, ac a corruptione tuetur: ac verò putridis rebus non medetur, nec putrida ad sanitatem reducit. Viri apostolici dicuntur sal, quia

inspidas animas falsitatis, & ignorantis, sale fidei, ac divinæ gratiæ atque doctrinæ saporant, ac gratissimas Deo efficiunt, ut dixi in prima ratione, easque in Dei beneplacito suis documentis conservant: ac verò, si animæ sint jam putridæ, ac corruptæ peccatis inveteratis, & præantiquis; has sanare, eisdem medelam dare, excedit ordinariam manum hominis, & ad unam Dei potentiam spectat. Liberare quippe a putredine peccatorum, Christi virtus. Ex quo. Fuge, ne peccatorum vetustate fiat putridum in anima tua; hoc enim eradicare, valde perdifficile est.

Octavò, Cassiodorus 12. var. 24. Potest aurum aliquis minus quærere, nemo est, qui saltem non desideret invenire, merito quando isti debet omnis cibus quo potest esse gratissimus. Idem ferè habent D. Hieron. Chromantius, & alij, Magna est nobilitas salis super aurum, gemmas, ac lapides pretiosos: multo sine auro, & gemmis vivunt; nullus autem est, quamvis præexcellens cibus, qui beneficio salis non indigeat ab ipsoque habeat, quod sit gratus, jucundus, ac suavis. Ita in eo honoris culmine sunt viri Apostolici, ut dicantur sal, quia omnes de spiritu, doctrina atque exemplo vivunt, saporantur, atque crescunt.

Nonò, Chromantius, ac D. Remigius, Natura igitur salis, inquit, per aquam, per calorem Solis, per statum venti constat, & ex eo, quod fuit, in aliam speciem generatur. Sic & Apostoli, atque omnes credentes per aquam Baptismi, per fidem Christi, qui Sol justitiæ dictus est, & per inspirationem Sancti Spiritus Deo renati, ex terrena in celestem naturam transeant. Sal fit ex aqua maris commota; & alterata flante vento, & accedente Solis calore, itaut jam in aliam speciem generetur. Ita Doctor, ac Præsul Apostolicus, ipso munere debet vetera deponere, ac, ut ait D. Thomas, in vita, & moribus mutari; ut ita sit ignitus calore Solis divinæ charitatis, ut jam veluti alius videatur atque appareat. Cum vidissent Pharisei cæcum a nativitate, sanatum à Christo, dissensio erat inter eos, an ille esset idem, nam quidam dicebant: Non hic est, qui sedebat, & mendicabat; alij dicebant: Quia hic est. alij autem, nequaquam, sed similis est, Joan. 9. num. 8. Sed unde factum est, ut hominem inter eos natum non agnoscerent? Sed tanta esset opinionum diversitas; Cum Christi magna cepit prædicare, jam veluti alius apparuit, itaut ejus noti valde, in eum agnoscendo, essent perplexi. Sic etiam dicitur & Saul; ut prophetizaret: Mutaberis in virum alterum, 1. Reg. 10. 1. Reg. 10. num. 6.

Decimò, Albertus Magnus, & D. Thomas 39. Sal habet vim arefactivam. Unde ait D. Augustinus, Sal sterilem facit terram Sic Apostoli, destructo regno peccati, germen vitiorum compescerunt. Totum Prælatus, ac Pradicatoris Apostolici studium debet esse in exciscendis, ac extinguendis peccatis. Sapient. 3. num. 13. Felix est sterilis, & incoquinata, que nescit iborum in delicto, habebit fructum in respectu animarum sanctorum.

Undecimò, idem D. Thomas, Sal habet vim reactivam. Unde August. Sed carnes delicatæ, Apostolici viri restinguant in se, ac in suis carnalibus concupiscentiis. Obscuro vos, abstineret a carnalibus desideris. 1. Petri cap. 2. n. 21.

Decimo. octavo. Apostoli dicuntur sal, & lux: nam hæc nõ sibi, sed aliis suos præstant effectus, Sal non se ipsum condit, & saporat, sed alios. Lux nõ se ipsam illuminat, sed alios. Verus Prælatus Ecclesiasticus non suis commodis sit intentus, sed aliorum utilitati consulat; nõ suæ oportunitati est datus, sed totus aliorum emolumentis natus. Decimononò, Lux præstantes tantum illuminat, sicut & lucerna. Sal citius intimè sibi affluentes condit, & saporat. Sicut & civitas, quos in se continet, custodit. Dum ergo Prælatus dicuntur sal, lux, civitas, eorum præsentia, ac residentia multipliciter recomendatur, nam solum, quibus præsentibus fuerint, frugiferi erunt; si verò absentes, neminem lucrabuntur, sed totus grex peribit. Eleganter D. August. lib. de Pastorib. c. 8. absentiam pastorem appellat interemptionem gregis. Vigintiò, Sal, ut suum præstat effectum, necesse est, ut liquefiat, ut supra dixi: & totus in sua substantia denat esse, ac transubstantietur in cibos, quos condit, & saporat: aliter effectum suum non præstabit. Cum Christus Dominus suos appellat sal, eorum charitatem erga subditos maxime commendat, ut si ipsi velint suum adimplere munus, e ipsos debeant extenuare, ac exenterare, & de suo esse adimere, ut suis inferioribus optulenter, ac auxilienter, cõsque foveant, ac tueantur. Et ideo Prælatus infra n. 15. comparatur lucernæ, candela enim tantum illuminat, quantum in suo esse minuitur, & consumitur.

Petunt filij Zebedæi primas sedes in regno, ac gloria, quibus Dominus ait: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum; aut Baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Marc. 10. numero 38. Valde Marc. 10. mirum quòd dum Jacobus, & Joannes differunt de regno, de prælatione, ac primis sedibus, Dominus instituit sermonem, ac eis offerat suam mortem: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ac suam effusionem sanguinis: Baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Cur ergo hujusmodi sermo ad aliud tempus nõ reservetur; Adcò intrinsicum est prælatu, pro suis vitam dare, pro suis ovis tuendis, ac conservandis sanguinem effundere (ut ipsemet Christus præstitit in ara Crucis), ut ubi primum ipsi studio, ac voto appetunt regna, & primas sedes, statim eis Dominus aperiat, quid ipsi muneri sit intimè annexum, & sequatur; ut si non sunt dispositi ad pensionem dandi vitam, nec sunt apti ad dignitates, Et ideo Victor Antiochus, ipsum effundere sanguinem, consequentiam dicit petitionis filiorum Zebedæi; ait ipse, En quomodo ea mox inferat, que ab illorum sententia prorsus aliena erant. Præsentia non gloriam, non quietem, non alia hujusmodi, sed bella, pericula, plurimæque id genus alia exigunt.

Valde dignum quæsitum est, cur electus populus Dei vocatus est Israël, quod nomen datum est in ea loca, quam habuit Jacob cum Angelo; Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israël, Gen. 32. n. 28. ubi notant D. Hieronymus in questionibus Hebræicis. Chrylostom. Augustinus, Abulensis, & alij. Cur nomen populus ab Abrahamo non habuit? Cur non ab Isaac? Et si à Jacob, quia duodecim tribuum immediatus extitit pater, cur non dicitur Jacob; nam sub hoc nomine scalam vidit attingentem cælos, ubi multa pro filiis sunt promissa: Terram, in qua dormis,

Peccata inveterata sola Dei virtus curare valet.

37. Cassiodor.

Hieron. Chromant.

Omnes indigent, ac vivunt de spiritu, ac doctrina viri Apostolici.

38. Chromant. Remig.

Præsul, ac Pradicator sumptu officii nutretur in vitam alterum.

D. Thom.

Joan. 9.

39. Alb. Mag. D. Thom. August.

Vir apostolicus excinguitur at peccata. Sap. 3.

D. Thom. August.

1. Petri, 2. Duode.

40. Caicran.

Intellectus, ac voluntas inferioris sit subiecta suo superiori.

14. Palatius.

Præsul solus utilis in his, quæ suis dat, non vero, quæ sibi procurat.

42.

Numer. 18. Paral. 13. Levitic. 2.

Lycan. Abulens. Oleaster.

Apostoli solum pacis, ut divinum continent iram. Jerem. 15.

Exod. 32.

43.

Pradicator sit a mundo separatus.

Reprehensio cum moderamine adhibeatur.

Unus Prælatus bonus congregationem regit.

Duodecimò, Caicran. ponderans, cur dicantur sal, & lux: ait: Sal ad condiendum appetibilia, lux ad illuminandum cognoscibilia, sicut Christi discipuli, ut homo secundum vitamque sui partem, voluntatem scilicet, & intellectum haberet, a quibus perficeretur. Sal ad condiendum appetitum, lux ad illuminandum intellectum. Has duas potentias maxime voluit Dominus, ut sui homines perficerent, ac haberent subiectas, atque devotas. Quod maxime necessarium ad optimum regimen in inferioribus in ordine ad suum superiorem ut intellectus subditi directione pastoris gubernetur, ac voluntas illius affectu sit stricta suo majori, & cum amore ei obtemperet, & obsequatur.

Decimotertio, Palatius. Sal in omnibus quatuor elementis periclitatur, & suum esse amittit: solum verò adhibitus in cibis utilis est & fructificat. In Aère humectat in Aqua liquefit; in Igne proficit, & consumitur; Terra sterilizat, & infructiferam reddit: at verò in cibis per jucundus, & suavis. Similiter Præsul, ac Prælatus Evangelicus in aère vanæ gloriæ infatuatur, in aqua verò adulationis, ac delectationis evanescit, in igne invidiæ, mortificationis, ac de tractionis consumitur; & perit in terra verò ambitionis, proprii heri, ac commoditatis sterilizatur; ac definit esse solum in cibis spiritualibus doctrinæ, ac exempli, quos suis præbet, utilis est, ac jucundissimus.

Decimoquarto, Idem aliam dat rationem, quòd juxta antiquos ad fœdera reconciliandi adhibebatur sal; & ita pactum fœderis dicebatur pactum sal, & sempiternum, Num. 18. n. 19. Pactum est sempiternum. Paralip. 13. num. 5. In pactum salis, Levitic. 2. numero 13. Nam sal, cum præster incorruptibilitatem, in signum incorruptæ amicitie adhibebatur, ut docent Lycranus, Abulensis, Oleaster ad citata loca. Deus reconcilians sibi genus humanum misit in mundum Apostolos, tanquam sal in symbolum pacis, & fœderis incorrupti. Et hæc est una ex rationibus, ob quam Deus ferat tantam peccatorum multitudinem, quia sunt in medio Apostoli in symbolum salis: tanquam murus Deo oppositus, Jerem. 15. num. 20. Et ut Moyses deprecans pro populo dicebat. Dimitte eis hanc noxam, Exod. 32. n. 11.

Decimoquinto, Sal fit ex aqua maris, ab ipso mari segregata, & separata, & in salina, clauso ostio, accedente Solis calore. Ita Apostoli, et si in mundo nati, ab ipso mundo debent segregari eique claudere ostium; & tunc accedente calore divini Spiritus erunt sal ad condiendum genus humanum. Decimosextò, Sal, ut utilis sit, adhibendus est cum moderamine, ac sub certa mensura: nam si nimis excedat modum, non reddit cibos suaves, & jucundos, sed valde invisos, ac molestos, itaut illos omnino perdat. Ita & Prælatus Ecclesiasticus in correctione, ac reprehensione cum moderamine se habeat, non transcendat mensuram: nam si multus acer, ac rigidus fuerit, subditos non lucratur, sed irritabit, ac perdet. Decimosextimò, Meritò Præsules Ecclesiastici dicuntur sal: nam sicut parum salis multam carnem condit, multos cibos saporat; sic unus bonus Prælatus unam magnam congregationem incorruptam, multorum inspidos mores bene condit, & saporat.

Sylvestra in Evang. Tom. II.

Decimo. octavo. Apostoli dicuntur sal, & lux: nam hæc nõ sibi, sed aliis suos præstant effectus, Sal non se ipsum condit, & saporat, sed alios. Lux nõ se ipsam illuminat, sed alios. Verus Prælatus Ecclesiasticus non suis commodis sit intentus, sed aliorum utilitati consulat; nõ suæ oportunitati est datus, sed totus aliorum emolumentis natus. Decimononò, Lux præstantes tantum illuminat, sicut & lucerna. Sal citius intimè sibi affluentes condit, & saporat. Sicut & civitas, quos in se continet, custodit. Dum ergo Prælatus dicuntur sal, lux, civitas, eorum præsentia, ac residentia multipliciter recomendatur, nam solum, quibus præsentibus fuerint, frugiferi erunt; si verò absentes, neminem lucrabuntur, sed totus grex peribit. Eleganter D. August. lib. de Pastorib. c. 8. absentiam pastorem appellat interemptionem gregis. Vigintiò, Sal, ut suum præstat effectum, necesse est, ut liquefiat, ut supra dixi: & totus in sua substantia denat esse, ac transubstantietur in cibos, quos condit, & saporat: aliter effectum suum non præstabit. Cum Christus Dominus suos appellat sal, eorum charitatem erga subditos maxime commendat, ut si ipsi velint suum adimplere munus, e ipsos debeant extenuare, ac exenterare, & de suo esse adimere, ut suis inferioribus optulenter, ac auxilienter, cõsque foveant, ac tueantur. Et ideo Prælatus infra n. 15. comparatur lucernæ, candela enim tantum illuminat, quantum in suo esse minuitur, & consumitur.

Petunt filij Zebedæi primas sedes in regno, ac gloria, quibus Dominus ait: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum; aut Baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Marc. 10. numero 38. Valde Marc. 10. mirum quòd dum Jacobus, & Joannes differunt de regno, de prælatione, ac primis sedibus, Dominus instituit sermonem, ac eis offerat suam mortem: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ac suam effusionem sanguinis: Baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Cur ergo hujusmodi sermo ad aliud tempus nõ reservetur; Adcò intrinsicum est prælatu, pro suis vitam dare, pro suis ovis tuendis, ac conservandis sanguinem effundere (ut ipsemet Christus præstitit in ara Crucis), ut ubi primum ipsi studio, ac voto appetunt regna, & primas sedes, statim eis Dominus aperiat, quid ipsi muneri sit intimè annexum, & sequatur; ut si non sunt dispositi ad pensionem dandi vitam, nec sunt apti ad dignitates, Et ideo Victor Antiochus, ipsum effundere sanguinem, consequentiam dicit petitionis filiorum Zebedæi; ait ipse, En quomodo ea mox inferat, que ab illorum sententia prorsus aliena erant. Præsentia non gloriam, non quietem, non alia hujusmodi, sed bella, pericula, plurimæque id genus alia exigunt.

Valde dignum quæsitum est, cur electus populus Dei vocatus est Israël, quod nomen datum est in ea loca, quam habuit Jacob cum Angelo; Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israël, Gen. 32. n. 28. ubi notant D. Hieronymus in questionibus Hebræicis. Chrylostom. Augustinus, Abulensis, & alij. Cur nomen populus ab Abrahamo non habuit? Cur non ab Isaac? Et si à Jacob, quia duodecim tribuum immediatus extitit pater, cur non dicitur Jacob; nam sub hoc nomine scalam vidit attingentem cælos, ubi multa pro filiis sunt promissa: Terram, in qua dormis,

Prælatus det vitam pro suis.

Victor Ant.

47.

Gen. 32. Hieron. Chrylost. August. Abulens.

Genes. 28.

D d dormis,